Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars III.

Wien, 1794 Seite 3065

Quelle:
Copyright:

DCCCXLVI.

949 Codex membraneus lat. Sec. XVI. Pagg. 206. praeter ſubjectum Indicem 5. foll. conſtantem, nitidiſſime, et ea quidem manu, cui *Codicem Miſſalem* DCCCXX. debemus, exaratus in fol. min. Titulis omnibus aureis, et purpureis *Evangelia* continet per annum in Miſſa legi ſolita cum *Propriis* et *Communibus* Sanctorum, ducto a *Dominica I. Adventus* initio. Quod vero maximum ei pretium confert, Icunculae ſunt *Evangeliis* praefixae, ea, quae in iisdem narrantur, repraeſentantes. Et quidem quarundam locus vacat, aliae *ceruſſa*, quam vocant, leviter deſignatae, aliae lineari pictura jam, vel partim, vel in totum informatae, aliae demum penitus abſolutae ſunt, et ita quidem, ut deſignatio et adumbratio omnium unius ejusdemque artificis, perfectio vero duorum ſit, quorum alter, idem qui deſignator, mira quadam facilitate ſimul et audacia verſatur in opere, alter diligentiam paene chalcographiae admovet, cumque character *Codicis*, ut diximus, ab eadem manu, quae ſplendidiſſimum illud *Ferdinandi* Archid. *Miſſale* ſcripſit, proficiſcatur, illudque *Georgio Hoefnagelio* debeamus, vix a vero aberimus, ſi praeſentem quoque *Codicem* ad Viri hujus ingenium, induſtriamque referamus.

DCCCXLVII.

Codex membraneus germ. Sec. 380
XV. Folior. 241. 4. admodum luculente exaratus, rubricisque pernotatus complectitur *Epiſtolas* omnes per annum in Eccleſia catholica legi ſolitas, et *priore* quidem *Parte* eas, quae Dominicis et Feriis, *Parte altera* eas, quae Feſtis Sanctorum propriis vel communibus deſerviunt. Inſcribitur: *Hye hebt ſich der epiſtler* (Epiſtolarius) *an.* Initium ducitur a Dominica I. Adventus. *Der Suntag von unſers herren czuchunfft. Paulus ſprach zu den Römern.* Singulare illud, quod ſola haec prima Epiſtola *Rhythmis* expreſſa ſit, quorum cum priores jam *Lambecius* L. II. p. 772. edit. *Kollar. col.* 571. dederit, reliquos hic adſcribam:

Dew werch der vinſter werfft ab ew.
Mit dem waffen des liechtes chlaidet ew.
Alls ir des tages wellet gen.
Mit eren vnd an (ohne) *ſünde weſteen.* (beſtehn)
Weſt an (Seyd ohne) *wirtſchafft* (Gaſterey) *an trunchenhait.*
Aller vnleimt (vel *vnleunt* a Leumund fama) *ſey ew lait.*
Vnd huer (Hurerey) *ſey ew widerczem.* (widerſam)
Wann dy iſt got vngenem.
Weleibt an chrieg an allen phranchſall. (Contentio, Bedrückung)
Das iſt alles der ſel vall.